

**Enchiridion Piarvm Meditationvm In Omnes Dominicas,
Sanctorvm Festa, Christi passionem, & cætera**

Busaeus, Johannes

Mogvntiæ, M. DCVI.

5. De præstantia castitatis religiosæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70978](#)

DE

VOTIS RELIGIOSORVM. 143

MEDITATIO V.

De præstantia religiosa castitatis.

CONSIDERA primam eius excellentiam esse, quod hominem, quoad fieri potest, restituat in priorem statum, in quo conditus est, eaq; puritate ornet, qua clavuit in paradyso terrestri, hoc est, ut care obsequatur spiritui, nec quidquam homotupe opere, verbo, vel cogitatione designer, & pars inferior, que dicitur sentiens, non obstrepat superiori, hoc est rationi. Secunda est, quod reddit secundum omnium S. Patres simillimum angelis, eo quod carnis vinculis alligatum esse, & non secundum carnem vivere, sed secundum spiritum, reputent non humanum sed angelicum. Imm. d. S. Bernardus. & S. Chrysostomus audent affirmare aliqua ex parte maiorem esse laudem hominis casti, Virg. quam angeli, huius siquidem castitatem esse feliciorum quidem, sed illius fortitudinem, huius naturalem quasi & necessariam illius vero liberam & voluntariam.

Considera & tertiam excellentiam, quod hominem religiosum, ut vult S. Basilius, & Beda Climachus, Deo reddit simillimum, quantum C. gr. 55

ME



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

144 MEDITATIONES DE

tum quidē fas sit homini. Deus enim natura incorporeus est, incorruptibilis & purissimus, cum ergo anima ipsa natura incorruptibilis & pura ipsum corpus ad eandem puritatem & integratatem per castitatem attrahere conetur, nō aliud facit, quam quod similitudinem Dei incorruptibilis in se velut in speculo mundissimo exprimat, & hominem quasi diuinum faciat, in carne carnis quasi experiem.

Gen 3. nota hoc bonum tantum, tā fuisse à natura humana desideratum, ut antiquus serpens in paradyso nihil aptius repererit ad pri-

mos parentes illiciendos, quam promittendo *Eritis sicut Diij*. Sed quod fallo promissum est ab eo, qui præstare non poterat, & ea via qua præstari non poterat, hoc per castitatem religiosus verè tenet & possidet: eo q; perfectius quo eius castitas est perfectior aliorum, ut coniugum, viduarū & virginum castitate.

Sap. 8. Considera quartam excellentiam eius esse, quod hæc castitas inter eximia Dei dona, quæ non humana, sed diuina tantu

virtute nobis contingunt, numeratur. Vnde Sapiens. *Sciui, inquit, quoniam aliter nō possum esse continens, nisi Deus der.* Vnde S.

Patres docent illam virtutem supra natu-

ram,

V

in ve

Exce

ex su

nis ha

portu

stici v

noctu

pugn

terni,

cato p

dam,

excla

melib

C

m

liber

nis, c

rium

mon

agit.

tanta

vt rec

ram, & supra omnem l̄gēm, & ideo neq;
in veteri, neque in noua lege imperatam.
Excellentia autem huius virtutis nascitur
ex summa difficultate, quā anima homi-
nis habet in coercendis & frangendis im-
portunis hostiis duplicitis insultibus, dome-
stici videlicet, id est carnis, quæ continuo
noctu diuque pugnat aduersus spiritū, &
pugnabit usque in finem vitæ. Deinde ex-
terni, id est, dæmonis, qui nullo alio pec-
cato plus gaudere dicitur, secundū quos-
dam, quam impudicitiae ob quam pugnā Rō. 7.
exclamat Apostolus. *Infelix ego homo, quis
me liberabit de corpore mortis huius?*

M E D I T A T I O VI

De utilitate religiosæ castitatis.

CONSIDERÆ eo nomine religioso utilitatem
má esse, quod eius beneficio infinitis
liberetur molestiis. & primò quidem car-
nis, quæ ubi vel minimum obtinet impe-
rium, etiam sapientes, ut liquet in Salo-
mone, in barathrum vitiorum præcipites
agit. Deinde, familiæ gubernandæ, quæ
tantas saepe difficultates adiuncias habet,
predicant ad desperationem. Patri fami-

M M Lias